



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Primum. In quo de Etymologia nominis eius paucula. &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Cæsarius Recenset in hac Epistola numero xix. hos tres de actibus, A
anno 1227. passione, & miraculis Sancti ENGELBERTI: quorum prior
scripsit vi- res duos à se Anno salutis 1226. & 1227. conscriptos ipse in
tam S. En diuersis locis satis innuit: tertium vero non nisi 1237. ab sol-
gelberti. uisse lib. 3. cap. 74. docet.

Cæsarius Porro ita partitus est Cæsarius hos libros, ut primo SAN-
anno 1237. CTI ENGELBERTI natales, corporis animiq; dotes, & reli-
scripsit mi- quam vitam encomiastico dicendi genere explicet. Secun-
racula S. do occasionem Martyrij, passionē ipsam cum circumstantijs, B
Engelber- & pœnam quæ Sancti nostri occisores necisq; eius concios
ti. manterit, cum nonnullis miraculis enarret. Tertium demum,
Partitio soli miraculorum insigniorum tribuit enarrationi. Stylus
Historiæ Cæsarij ubiq; planus est & materiæ satis conueniens quem
de S. En- ramen Surius in daobus prioribus hinc inde modice corre-
gelberto. xerit, tertium Surius in compendium redagit. Cæterum ipse
Stylus Cæ- Cæsarius styli sui rationem in præfatione reddit.

LIBER VITÆ C

SANCTI ENGELBERTI

PRIMVS.

Caput Primum.

In quo de Etymologia nominis eius paucula. &c.



D honorem Dei Patris, & Filij eius Iesu Christi, Domini ac
Saluatoris nostri, & sanctæ matris Ecclesiæ: actus, passio- D
nem & virtutes Preciosi Martyris & Archipræfulis nostri
ENGELBERTI descripturus, gratiam inuoco Spiritus san-
cti: ut qui iam positus super candelabrum, fulgore miracu-
lorum lucet in domo Dei, & in Ecclesia specialius beati Petri Apostoli,
stylis mei ministerio vt cunque valeat illustrari, & ad posterorum noti-
tiam utiliter declarari. Videtur mihi in primis Antistitis nostri vocabu-
lum, quoddam futuræ beatitudinis eius fuisse præfigium. Ex Teutoni-

50

Aco enim Latinoque compositum, Angelicam sonat libertatem, signifi- Etymolo-
cans, ENGELBERTVM de iugo peccatorum per mortis necessitatem ad gia nomi-
Angelicam migraturum libertatem. Si Deus à nobis mirabilis prædica- his Engel-
tus in sanctis suis antiquis, multo magis mirabilem se ostendit in nouo berti.
martyre, & tali martyre diebus his nouissimis, eò quod miraculorum
tempora modò non sint, vt quidā ait: Rara auis in terris, sanctitas huius Psalm. 67.
temporis. Et ideo miracula crebra, quæ de Patre nostro videmus & au-
dimus, & per ipsius merita fieri credimus, tanto nobis debent esse grati-
ora, quanto propter tempus rariora. Sanctitatem, quæ vita defuit, mors

Bpreciosa suppleuit: & si minus perfectus in conuersatione, sanctus ta-
men effectus est in passione. Consummatus in brevi, expedit tempora
multa, placita enim erat Deo anima illius. Nam placés Deo æterna præ-
destinatione, factus est dilectus in passione. Quis enim sanctitati eius
contradicat, quem cordium cognitor, & meritorum ponderator Domi- Sap. 4.
nus, signis tam varijs mirificat? Non qui le ipsum commendat, vt ait A-
postolus, ille probatus est: sed quem Deus commendat, ille probatus
est.

Notatio ad Caput primum.

2. Cor. 10.

CÆsarius nomen S. ENGELBERTI ex germanico
& latino componens, Anglicam libertatem in-
terpretatur: antiquarij Angelicum filium, vel An-
gelis dignum dicerent: bert enim vel brecht & heren/
olim prolem & parere, & werdt dignum significabant. Sic
Hildebertus seu Childebertus ex origine Germanicâ deri-
Duando, Hulswert obsequio dignus, vel obsequiosa proles di-
citur: Cheribertus seu Heribertus, ehr werdt/filius honoris,
vel honore dignus: Dagubertus, Daghwerdt/die dignus, vel
diei filius: Philibertus, Vielwerdt/multum dignus, vel multi-
plicata proles: Albertus, Alswerdt/omnibus dignus omnisve
proles; secundum etymologiam explicantur.

Caput Secundum.

In quo de sancti nostri parentela, forma corporis, & Fortuna bonis
in aetate iuuenili & de recusato Episcopatu Monasteriensi, &c.

VIDE-